



DICASTERO
DELLE CAUSE DEI SANTI

Prot.N. 3132-7/23

TAURINENSIS

Beatificationis et Canonizationis

Servi Dei **ANASTASII A S. ROSARIO BALLESTRERO**

(in saeculo: Alberti)

Ex Ordine Carmelitarum Discalceatorum

Archiepiscopi Taurinensis

Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis.

In Ordinario Congressu, die 7 mensis Februarii huius anni 2024 celebrato, hoc Dicasterium de Causis Sanctorum sequens dubium disceptavit, nimirum: "An constet de validitate Inquisitionum Dioecesanarum, Principalis apud Curiam ecclesiasticam Taurinensem et Rogatorialium apud Curias ecclesiasticas Mediolanensem, Barensem, Calaritanam, Romanam, Toletanam, Mantuanam, Lauretanam (*ab Alma Domu Lauretana*), olim Maceratensem-Tolentinam-Recinensem-Cingulanam-Treiensem, Burgensem et Syracusanam peractarum, super vita et virtutibus necnon fama sanctitatis et signorum Servi Dei Anastasii a S. Rosario Ballestrero (in saeculo: Alberti), ex Ordine Carmelitarum Discalceatorum, Archiepiscopi Taurinensis, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis: testes sint rite recteque examinati et iura producta legitime compulsata in casu et ad effectum de quo agitur".


Hoc Dicasterium, attento voto ex officio redacto reque diligenter perpensa, rescripsit:


AFFIRMATIVE, seu constare de validitate praedictarum Inquisitionum Dioecesanarum Principalis apud Curiam ecclesiasticam Taurinensem et Rogatorialium apud Curias ecclesiasticas Mediolanensem, Barensem, Calaritanam, Romanam, Toletanam in casu et ad effectum de quo agitur, sanatis de iure sanandis.

NEGATIVE, seu non constare de validitate Inquisitionum Dioecesanarum Rogatorialium apud Curias ecclesiasticas Mantuanam, Lauretanam (*ab Alma Domu Lauretana*), olim Maceratensem-Tolentinam-Recinensem-Cingulanam-Treiensem, Burgensem et Syracusanam peractarum, irritis enim formalibus adimpletionibus, quamobrem acta huius Inquisitionis, tantum ut documenta extraprocessualia valent.

Denique depositio sacerdotis Carmelitarum, quia ius iurandum haud dedit, ab actis omnino expungatur. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae, ex aedibus eiusdem Dicasterii, die 7 mensis Februarii A.D. 2024.


Marcellus Card. Semeraro
Praefectus


✠ Fabius Fabene
Archiepiscopus tit. Faliscodunensis
a Secretis